

Bibl. Th. I A. 18

Nisi spiritus sanctus assit cordi
audientis ociosus est sermo doctoris
Nemo ergo docenti hoc tribuat
quod ex ore docentis intelligit
Quia nisi intus sit qui doceat
dictorum lingwa exterius in vanum
laborat Ecce unam loquentis vocem
omnes pariter auditis Nec tamen
sensum pariter audite vocis
percipitis Cum ergo vox non sit dis-
par cur in cordibus vestris dispar
est intelligencia Nisi quia per
hoc quod vox loquentis commu-
niter ammonet Est enim magister
interior qui de vocis intelligen-
cia quosdam specialiter docet

¶ Nota hec est ſecunda pars bib
lie in qua continentur inſcri
ſcripti libri viz primo
¶ Primus liber Eſdre et habet
ſiue continet x — capitula
¶ Sequitur liber Neemie — et habet
ſiue continet · xiij — capitula
¶ Sequitur ſecundus liber Eſdre
et continet · ix · — capitula
¶ Sequitur liber Thobie et habet
ſiue continet — xiiij — capitula
¶ Deinde ſequitur · Judith et
habet ſiue continet · xvj — capitula
¶ Sequitur Heſter et habet ſiue con
tinet · xiiij · capitula · et · duo ad
ditamenta · que ſequuntur orne
¶ Sequitur liber Job qui habet
ſiue continet · xlij — capitula
¶ Sequitur liber pſalmorum
continens Centum quinquagin
ta pſalmos ſecundum ordinem
¶ Sequuntur libri Salomonis et
primo liber proverbiorum Sa
lomonis et habet ſiue continet
in ſe triginta unum — capitula
¶ Sequitur liber Eccleſiaſtes
et habet ſiue continet · xij · capitula
¶ Sequitur liber Canticorum
et habet ſiue continet viij capitula
¶ Sequitur liber Sapiencie
habet ſiue continet · xix · capitula
¶ Sequitur liber eccleſiaſticus
qui continet ſiue habet in ſe
quinquaginta duo capittula
et hij ſupradicti ſunt libri huius
ſecunde partis biblie cum eorum
capitulis et prologorum cum incep
cione uniuſcuiuſque libri et
quam dominus conradus greve de wiſ
ſia legavit conventui cruciferorum in duy
ſeldorp commendans ſe fratrum orationibus

Bibl. Th. I Q. 18
(2) Ink.